

Hinc prouenit verior illa resolutio, quod quando quis imperat per priuilegium illud idem, quod sibi de iure communi competebat, non dicitur iuri suo renuntiare, quando non adeo incompatibilis, repugnanta, seu contrarietas cum iure suo, quod quidem nec diminutionem aliquam, aut confusione patitur, nec renuntiatione inducit, sed potius vnum ius alterum confirmat, ac iuvat, & electi manet, aut etiam simultaneum, si (vt diximus) se inuenient non impedit, cap. post electionem, de concessione prabend. vbi Abb. num. 4. & in cap. veniens, num. 18. & in cap. auditio de prescripti, cap. cum persona, §. cum si tales, de priuilegio, lib. 6. cap. cum dilecta, de consuet. & c. est optimus text. in l. forma, §. fin. ff. de censibus, ibi: Si quis veniam petierit, ut sibi censum emendare permittatur, deinde post hoc imperatur cognoscere, se non debuit hoc petere, quia res emendationem non desiderabat, nullum preiudicium ex eo, quod petit, ut censum emendare, fore, sepiissime rescriptum est; vbi glossa verbis, Rescriptum, alios concordantes allegat. l. fin. C. de repudian. hereditatis, per quam solam, sic post Bald. Alexandrum, & alios quos referit, doct. Molina de primogen. lib. 2. capiul. 10. num. 95. ibi: Nam quoties concurredit quod aliud ius commune, & priuilegium, non confunduntur, sed potius quis quo ad id vi iure communi, & etiam priuilegio, optime prosequitur diligentissimus Praceptor noster laude omni dignissimus D. Ioann. à Solorzano in tract. de iure Indiar. lib. 3. cap. 1. à num. 56. & sequentibus, vtrum quod idem probat Anton. Gomez in l. 45. Tauri, num. 97. & 98. & Iohannes Andrea Monach. & Dominic. in dict. cap. cum persona, Craueta conf. 16. num. 6. Decani conf. 3. num. 1. col. 2. pulchre etiam Decius conf. 27. num. 19. Rodericus Suarez conf. 10. n. 65. Roman. conf. 50. num. 14. Mandol. in addit. ad ipsius Roman. conf. 43. in litera E. latissime pro utraque parte disputationes, & resoluti Jacobus Cancer, variarum resolution. tomo 2. part. 3. cap. 3. à num. 81. cum multis sequentibus.

At secus erit, quando inter ius iam competens, & † imperatur per priuilegium adeo incompatibilis, & contrarietas, quia tunc sic imperatur videtur iuri suo renuntiare, argument. cap. veniens, de prescript. l. si mulier 8. fin. ff. de eo quod metus causa, l. sciat, vbi glossa. verbo. Mutande, ff. de feniunt. l. depupillo, §. meminisse, ff. de noui oper. nupt. quae iura loqui & intelligenda esse sub praefata distinctione, probant supra citati Doctores, & plura fundamenta, doctrinas, & iura, pro hoc distinctionis membro videre poterit apud Iacobum Cancer. vbi proximi per plures numeros.

Ex qua doctrina inferatur, quod titulorum multiplicatio etiam † in beneficib. ad maiorem cautelam, & maiorem iuris sui corroboracionem non prohibetur, vt per dict. c. post cessionem de conceff. prabend. sapienti Rota vt per Cagliad. decif. 291. num. 5. super regul. & decif. 3. de causa possessione & propriet. Verall. decif. 280. lib. 1. in manuscriptis, Rota vt per Nicol. Garcia de benef. 5. part. cap. 1. sub num. 591. ad fin. decif. adducte. & 6. part. cap. 4. sub num. 39. in decif. ibi, post medium, & in una Virduen. Cagnoletus 6. Martij 1595. de qua per eundem Garciam 5. part. cap. 3. num. 43. tenet Gonzal. de alternat. glos. 52. num. 54. Rota vt per Cocc.

num decif. 317. num. 4. & in decif. 47. num. 10. quae decisiones videntur insinuare, esse speciale in beneficib. admitti titulorum etiam incompatibilium multiplicationem, vt in dict. decif. 47. num. 20. ibi: Postremo, quod dicebatur ius Francisci Alfonsi esse incompatible cum iure quod loquens habebat ex resignatione Petri, non fuit habuum in confederatione cum in beneficib. admittitur multiplicatio titulorum, &c.

Sed tu-declata verum esse multiplicationem hanc in beneficib. admitti, ita tamē, quod vbi datur incompatibilis titulorum, defendi possit ex viliori, non vero agente, vide D. Ioann. Solorzan. de iure Indiarum, lib. 3. cap. 1. à num. 65. & 66. & sursum. Quia tunc cogitur actor vnum ex titulis incompatibilibus eligere; & ita intelligi debent dicta Rota decisiones, & conducti Rota decif. 570. à num. 2. vt per Farin. in posthum. tom. 1. fol. 520. Quia dicitur, quod quando in electo concurrent plures tituli habentes contrarietatem, vnum eligere tenetur, vt intelligatur quando electus, & beneficiatus vult agere ex duplice titulo incompatibili & contrario, nam tunc opinor indubie, audiendum non esse, sed vnum quem maluerit eligere cogatur adversario desiderante, per communem Doctorum resolutionem, & distinctionem, quam etiam in terminis sequitur Augustinus Barbosa in tractat. de iure Ecclesiast. lib. 3. cap. 33. à num. 211. videndum.

SECTIO V.

Tollerantia S. Apostolicæ, quam sit efficax ad iustitiam recursus pro retentione litterarum, semoto etiam proprio iure, & Regalia Regis. Vbi motiu aliquot neotericorum contraria examinantur, & aperiè diluntur.

S U M M A R I U M.

Recursus ad Regem pro tollenda violencia ex executione litterarum in damnum Reipublica competit Regi iure proprio, & est Regalia ipsius, que in Bulla Cœna non prohibetur, & ideo nec tollerantia Papa egit, num. 172.

Tollerantia Pontificum legitiūm præstaret titulum ad iustitiam recursus retenzione, quando in Bulla Cœna comprehendetur, num. 173.

Consuetudines aliquot contra libertatem Ecclesiasticam, per tollerantiam longissimam Pontificum sustinentur & iustificantur, num. 174.

Per Bulla Cœna publicationem tolli consensum omnem Pontificis in aliquibus casibus, verum non esse probat Diana, num. 175.

Qui cum aliis loquitur in consuetudinibus contra libertatem Ecclesiasticam, contra quam non fuit invenitus recursus pro tollenda violencia, sed in eius favore, num. 176.

Retentionem litterarum in Hispania iustificat tollerantia Pontificum, & quod in evidenter spirituali regimine militiam vergit, num. 177.

Doctores aliqui Theologi volentes emovere robur tollerantia in recursu ad Regem recensentur, & examinantur, num. 178. & seqq.

Per

Per Bulla Cœna quotannis publicationem tolli consensum Papa orum ex tollerantia recursus, & consuetudinem contra libertatem Ecclesiasticam, qui dixerint, num. 179.

Tollerantiam Pontificum cum scientia non inducere sufficientem consensum ad iustitiam recursus pro tollenda violencia, & consuetudinem contra libertatem Ecclesiasticam, qui dixerint, n. 180. Tollerantiam Papa non esse approbatum animo inducendi, vel confirmandi consuetudinem contra libertatem Ecclesiasticam, sed ut scandalum vicietur, qui dixerint, num. 181.

Tollerantiam Poniticum inducere consensum approbatum in consuetudinibus aliquot contra libertatem Ecclesiasticam, plurimi Doctores tenent, num. 182.

Tollerantia Poniticum super recursibus pro tollenda violencia, non cadit super consuetudine contra libertatem Ecclesiasticam, uti falso supponunt aliquot Theologi, num. 183. & num. 184.

Recursus pro tollenda violencia, qui non est contenutus in Bulla Cœna, per quamlibet eius publicationem non inficiatur, num. 185.

Recursus pro tollenda violencia, est comprehendetur in Bulla Cœna, stante tollerantia per tota scula eius publicatione subsequuta non includetur, sed fore preferatur, num. 186.

Generalis prouisio non extenditur ad eos casus, qui habent speciem prouidentiam, num. 187.

Tollerantia Principis habet vim dispensationis confirmationis, & consensu, num. 188.

Tollerantia Poniticum in recursu pro tollenda violencia prouentur ex animo approbandi, ex natura negotiis conformis iuri naturali, & diuino, & pro utilitate publica, num. 189.

Tollerantia recursus non oriuntur a causa vitandi scandali, sed ex agitione Pontificum, uilem esse & necessarium recto utriusque Reipublica regimini, num. 190.

Iste Pontificum animus ex multis colligitur, ex Bulla nempe Martini V. num. 191.

Et ex aliquibus epistolis Pontificum, & Regum Catholicorum ad inicium missis, num. 192.

Quas concordata vocavit Diana, num. 193.

Epistola Papa, & Principis legi vni habent, & pro lege possum allegari, num. 194.

Animus Pontificum approbat recursus ex colligitur, quod aliqua verba rigida illum respiciencia, nouiter fuerit sublata a Bulla Cœna Domini, num. 195.

Regaliam recursu pro tollenda violencia, plurimi Theologi vocant priuilegium, num. 196.

Priuilegia, ex quibus competit ad Principes cognitione de aliquibus causis spiritualibus non sunt revocata per Bullam iuxta magis receptam sententiam, num. 197.

Priuilegia Regum obtenta à Sede Apostol. ob remuneracionem circa iura spiritualia Summus Pontifex debet revocare, num. 198.

Pontifices multum deferunt Regalis, & consuetudinibus immemorialibus Principum Christianorum, circa res spiritualias, maximè Regno Hispanie tam remoto a Sede Apostol. num. 199.

Animus approbans recursus pro retinendis litteris colligitur ex Bulla Cœna, qua expresse permititur, num. 200.

Supplicatio ad Papam humilitatis & reverentie indicativa ostentat potentiam supremam Maiestatis S. A. quam hac Regalia priuare velle non est verisimile, num. 201.

Recursus pro retentione litterarum nuncquam impugnat Rota, num. 21. & num. 103.

Tollerantia Pontificum approbativa recursus multis instans utilitati rationibus applicari potest, non vitando scandalo, ut putarunt Theologi alii qui, num. 204.

Animus aliquis directe probari nequit, sed ex verbis eius, aut alibus externis, n. 205.

Tollerantia recursus ramei provenerit ex vitando scandalo, non ideo tollerantia effectus eneruantur, num. 206. & sequentibus.

Multa per patientiam tollerantur, que si in iudicio deducuntur, non tollerantur, quomodo intelligatur, num. 207. & sequentibus.

Tollerantia Papa post impletam præscriptionem integrum ius, & omnes effectus dispensationis, & approbationis integre consequitur, ibidem.

Tollerantia Papa, pro exitando scandalo in iuribus perirentibus ad Sedem Apostolosolicam, post completam præscriptionem præstat integrum ius tollerant, non antea, num. 208.

Cap. nihil de præscriptionibus, & cap. nisi essent de probandis, ad id interpretantur, & verus intellectus adducitur, ibidem.

Tollerantia Papa ob scandalum vitandum maiorem præstat causam ad dispensandum, & magis Papam articul. num. 209.

Propter pacem firmandam, & habendam, ut cesset scandalus; facilius reddiū Papam ad dispensandum in prohibitibus, num. 210.

Tollerantia Papa, non præstat apparitionem, nec dispensationem statui contra ius diuinum, num. 211.

Tollerantia Papa in iis, qua non sunt contraria iuri diuino, approbationis, & dispensationis viae habent, num. 212.

Tollerantia Principis in iis qua non dependent à sua potestate, nihil operatur, num. 213.

Theologi negant effectus tollerantia Pontificum in recursibus falsò autem, recursus esse contra ius diuinum; num. 214.

Recursus pro tollenda violencia sunt conformes iuri naturali, & diuino, & in fauorem libertatis Ecclesiastica, num. 215.

Recursus pro tollenda violencia uti rem tam gravem non tollerant tandem Pontifices, si viiles non indicarent utriusque Reipublica, num. 216.

Recursus pro tollenda violencia, si Pontifices iudicarent iuri naturali aut diuino, necnon libertate Ecclesiastica obviare, viriliter resistere, & non tollerant, num. 217.

Sicut in similibus fecisti, & possim facere pro salute animalium, & pastorali officio, ostenditur ex multis Canonico decretis, num. 218.

Pontifices tollerant recursus ad Regem pro tollenda violencia, agnoscent; ita viiles & necessarium esse viriliter utriusque Reipublica bono regimini, num. 219.

Tollerantia Pontificum multum operaretur ad recursus iustitiam, quando ea egeret Rex, cui hec regalia competit iure proprio, & ex debito Regalia officij, num. 220.

VANDO recursus ad Regem pro tollenda violencia orta ex executione litterarum Apostolic, in pernititem Reipublica obtentum, non foret proprium ius, & Regalia ipsius. Et † consequenter quando ex 172

E 3 Bulla



Bulla Cœna Domini damnatus fuisset Recusus hic ad Principes temporales, pro tollenda violentia (propt̄ eam minimè damnatum fuisse, nec in illius generalitate comprehensum, immo specialiter permisum esse pro suspensione executionis litterarum Apostolicarum, iusta & legitima existēta causa publicum derritendum tangente, interim quod supplicatione præmissa recorritur ad Sanctissimum longè absentem, satis abunde ostensum est capitibus antecedentibus, & signanter in hoc 2. à principio. Atque magis in specie circa Bullam Cœna Domini, à n. 54. vñque ad num. 171.)

Adhuc tamen tollerantiam tot Pontificem per † longissimum & immemorable tempus conseruens, dispensationem atque per consequens, iustum & legitimū titulum præbuisse Regi nostro, vt eo licet ut possit cum moderatissime inculpate tutela, ac semper seruata reuerentia Sanctæ Sedis Apostolicæ, post multorum piorum Doctorum virtutisque professionis ostendimus, & accurate probauimus in *commentariis de protectione Regia* 1. p. cap. 1. à n. 139. vñque ad num. 252. quo in loco copiosè hunc articulū examinamus, & impenetrabilibus, atque indiffolubilibus fundamentis roboramus.

Et ultra Doctores ibidem laudatos hanc eandem verisimiliter sequuntur *Lefsius de iustitia & iure*, lib. 2. cap. 33. dubio 5. num. 9. *Turrianus* in 2. 2. tom. 2. disp. 14. dubio 4. num. 12. *Salas de legibus*, queſt. 96. trah. 14. ſectione 11. num. 121. *Valquez in opusculo de restitutione*, capitulo 6. §. 1. num. 33. *Molina de iustitia & iure*, tom. 3. trah. Etatū 2. disp. 170. num. 5. *Malderus* in 2. 2. trah. Etatū 5. capitul. 6. dubio 8. post Henriquez quem sequitur et remittit ad nostram doctrinam loco citato. Idem nouissime dixit *Castillo in tract. de tertii*, capitul. 41. sub num. 179. ante finem, & Diana etiam nouissime in *resolutionibus moralib. tom. 1. de immunitate Ecclesiastica*, trah. 1. 174. resol. 5. Qui postquam † retulit aliquos Doctores contrarium sententes, ita tandem resoluti: Sed his non obstantibus non defuit Doctores excusantes alias confuetudines aduersus libertatem Ecclesiasticam ex tollerantia, & tacito conſento Pontificis, quia scit, & tolerat, vt *Salgado de protectione Regia*, tom. 1. part. 1. *prælud. 1. num. 148.* &c. Ergo † non est verum dicere abſolute, quod per publicationem Bullæ tollitur omnis conſensus Pontificis, sed dicendum est, quod stante publicatione Bullæ, quando defuit talis conſensus Pontificis tacitus, & approbativus, colligendus erit prudenter, vt notat *Malderus*, vbi ſuprā, cum Henriquez, Sed, quia res est multum dubia & periculosa, videant Principes, & ministri latcalis iuridictionis, quid faciant. Hac Diana, qui plurimos alios Doctores † ad idem allegat; in quo & illud velle attendas, quod Diana, & ceteri alijs loquuntur in terminis longè magis rigorofis, quando ſciliſt hæc Pontificis tollerantia cadit ſuper confuetudinibus introducta contra libertatem Ecclesiasticam, extra quos terminos Nos vſtamur, & nostra ſedet disceptatio, cum recurſus pro tollenda violentia ex executione litterarum aliquot Apostolicarum sit potius inducitus in fauorem & robur libertatis Ecclesiasticae, propter inferius annotabimus à n. 183. & à n. 211. cum ſeqq.

Tenent etiam signanter in hoc articulo reten-

tionis † cum Couar, idem Malderus alio in lo-

co 2. 2. q. 1. art. 10. in hac, non videtur improbabile quod Couar, *præl. cap. 35.* tradidit ex Pa-
pæ conſenu, præscriptione, & vñ immemo-
riali, & euidenti spiritualis regimini utilitate;
tribunalia Regia in quibusdam Regni ritus ita
practicate, vt sine sua permissione, & conſen-
ſu nequeant quædam Apostolica mandata execu-
tionis mandare, &c. Idem obſeruant Palatius
Rubeus relatus ſupta *hoc cap. ad principium*, n.
68. Pater Henriquez ad litteram relatus ibidem,
n. 40. pariter Manuel Rodericus ibidem
scriptoris, n. 24. & infiniti alijs maximè Hispani
Doctores hanc retentionem litterarum iustifican-
t, etiam ex hac tollerantia Pontificem, &
excusant à Bullæ Cœna censuratum incurſu,
quos recensore foret radiosum valde.

Sed quia nonnulli Neoterici † quadam ſita
& apparente ratione, carente iuriſ nomine vo-
luere hanc fundamentalē firmiter per omnes
recptam debilitare, & robur ab ea eradicare;
non incongruum putauimus, eodem hinc reſer-
re, & corum fundamenta appendere, & atten-
tē examinare, ut nemo de cetero decipiat, fed
attente, & caute eos perleget, *Azorius part. 1.*
lib. 5. cap. 12. vers. *Quare foli. Fillius tom. 2.*
trah. 16. cap. 10. num. 236. *Pefantius de immuni-
tate Eccles. disp. 3. num. 2.* Alterius in
1. lib. 5. disp. 16. c. 2. fol. 686. *Acoila in
Bullam Cruciatæ*, q. 79. Quorum aliqui loquun-
tur genere in tollerantia Papæ ſuper confuetu-
dine contra libertatem Ecclesiasticam; alij
verò † specialiter contra recurſum ad Principes
temporales ex eadem ratione dicentes, quod ta-
lis conſensus non poſſet preſupponi, cum Sum-
mus Pontifex quo annis excommunicet con-
trarium facientes, & colligat omnes confuetudines
cum amplissimiſ clauſulis; & Iohannes Mal-
derus in 2. 2. queſt. 96. art. 4. col. 1. ſic aſcrit:
*Sanè tollerantia Papæ in hac re allegari poſſit in
defensionem confuetudinis: impedit vel ipſa Bulla
Cœna quo annis repetita, que diſerit reſlit. eius-
modi confuetudini, &c.* Ideo dicit *Lainam. in
Theolog. moral. lib. 4. trah. 9. cap. 10. num. 1.* Vi-
gianius trahit de immunitate Ecclesiastica, ca-
pitul. 1. tom. 4. vbi ita ait: *Cum quoniam die Ce-
ne publicè excommunicat magistratus, & perſua-
ſum quicquid effe debet. Summus Pontifex,
hanc confuetudinem, quam corruptelam vocant,
aquo animo non perferre, & conſequenter nec ex-
preſis, nec tacite aſſentire, &c.* Et hoc etiam di-
cit Vgolinius in reſponſu ad *Jurisconfut. Gym-
natiſ. Patavini, cap. 7. Barboſa in colect. lib. 1.*
decret. tit. 2. cap. Ecclesia S. Maria. de confit.
n. 25. *Philiarchus de officio Sacerdotum*, p. 1. lib. 3.
cap. 9. in fin. *Tannerus in 2. 2. disp. 5. queſt. 5. dub. 4.*
num. 12.

Aliam etiam ad id rationem † nouam conſi-
derat Suarez de legibus, lib. 7. cap. 13. num. 12.
dicens, tollerantiam ſola ſuppoſita ſcientia, non
indicare ſufficienter conſensum; quia multa per
partientiam tollerantur, qua non approbantur,
iuxta cap. cum iam dudum, de prebend. Qui ta-
men text, id non probat, nec ad id poſteſt alle-
gari, cum eius verba hæc ſint: *Cum multa per
partientiam tollerantur, que ſi deducta fuerint in
iudicium, exigente iustitia non deberent tollerari;*
qua ad aliud tendunt, & aliud diuerſum ſigni-
fican, vt eft videre inferius à num. 204. unde
at Fillius vbi ſuprā, tom. 1. trah. 16. cap. 10.
num. 236.

num. 236. Loquens in terminis nostri caſus, ſim-
plex tollerantia, quando ſciliſt Princeps non
poſt commodè prouidere, non ſatis eft ad di-
ſpendandum ex cap. denique, diff. 4. & Iuriscon-
fultus Surdus *romo 3. conf. 301. num. 57.* aſſeruit,
181 in hiſ caſibus tollerantiam Papæ † non eſſe ap-
probatiā animo inducendi, vel conſirmandi
confuetudinem; fed potius vt scandalum vicerit,
& hoc iſum poſtea etiam docuit Collegium
Bononiense contra Venetos in reſp. pro liber. Ec-
cl. num. 57.

Sed contra hos omnes Doctores, quos refert,
refoluit Diana vbi ſuprā allegatus à n. 174. ſe-
quutus † quam plurimorum aliorum vteriore
reſolutionem, cui consonat Pater Suarez contra
Regem Anglia, lib. 4. cap. 32. n. 23. vbi ſi aſſer-
uit: Ex diſciſ ſatis conſtat, nullam confuetu-
dinem, etiam ſi immemorabilis ſit, vlo modo con-
tra immunitatem Ecclesiasticam præualeat po-
lfe, ſolū obici ſolent quædam particulares
confuetudines aliquorum Regnorum, qua licet
ſit contra immunitatem Ecclesiasticam, ſine ſcu-
pulo a magistris laicis obſeruantur; ad illas
verò poſſumus uno verbo reſpondere, illas con-
ſuetudines non adiut, ſed ad facta hominum
perincere, propter qua veritatem negare non
poſſumus, nec illorum rationem dare tememur;
fed ad illos hoc ſpectat, qui conſuetudines illas
obſeruant, Ita Suarez, & pro eodem Suarez facit
Consulſus in l. ita vulneratur, ff ad legem Aquil.
In illis verbis: *Multa autem iure civili contra ra-
tionem diſputandi pro uitilitate communi recep-
ta, innumerabilibus rebus probari poſſet.*

Adhuc tamen pro examine horum motio-
rum quibus mouentur † Doctores allegati pro
contraria parte, à n. 178. vers. *Sed quia nonnulli.*

Primitus animaduertendum, quod inter Doctores
ipsos controverſia cadit generaliter ſuper
tollerantia Papæ confuetudinum manifeſte in-
fringentium libertatem Ecclesiasticam. Nos autem
versamur in tollerantia approbationia im-
memorabilis cuiusdam confuetudinis inducere in
fauorem eiudem, & reuerentiam Sanctæ Sedis
Apostolice, propt̄ copiosi vi deſcribitur in *Com-
men. de protectione Regia*, 1. p. c. 1. à n. 146. & à
n. 159. cum multis ſeqq. & vidēndis Hieronymus
de Llamas ſuperius citatus, *hoc cap. 2. ad princip.*
n. 30. & ferè omnes hoc fatentur cum ſi hic re-
curſus conuenienti iuri naturali, diuino, & hu-
mano. Nos diſc. c. 1. à n. 79. cum multis ſeqq. &
in cap. 1. & ſequentiis, buiū trahit de ſuppli-
catione ad Sanctissimum. Atque idem licet nonnulli
Doctores ex ſupra citatis tenentes tollerantiam
Papæ non induceret conſensum, loquantur in
reſcurſu ad Regem, eo tamen mouentur
falſo ſuppoſito, & minus caute ſupponunt, re-
curſum eis contra lib. ratem Ecclesiasticam. Et
ſic Malderus pro contraria parte citatus, n. 179.
vers. *Sed quia nonnulli*, licet generaliter illam
partem aſſeruerit: nihilominus † alio in
loco in 2. 2. q. 1. art. 10. per Nos citatus ad prin-
cipium huius c. ſub n. 24. dum ſibi obtulit occa-
ſio ſpecialiter trahit de hoc reſcurſu ad Re-
gem pro retentione litterarum Apostoli, aliud
agnouit ex eo motu, quod vergat in eviden-
tem uitilitatem Regiminis Reipublicæ ſpirituali-
ſis & temporalis, reſcurſu iſte.

Nec obſtar, quod præfati Doctores dicunt de
publicatione Bullæ quo annis repetita, ex qua
impediti conſensum Papæ ſeſtantur, cui multi-
pliciter responderet. Primo, quoniam ſi legitimi-
us reſcurſus ad Principes pro tollenda violentia
non continetur in eadem Bulla, nec per eam in-
telligitur reprobatuſ, vt à principio huius, c. di-
ximus præſertim à n. 54. vbi etiam ſpecialiter de
hac retentione litterarum ad effectum ſuppli-
candi Pontificis, qua expreſſe ad hinc finem
in eadem c. 14. approbatuſ, & permittitur: quo-
modo queſo, publicationi quantumuis repetita po-
test reſcurſum comprehendere quia illa publica-
tio eft quædam ratificatio, & confirmatione ge-
neralis, qua ultra ea, qua in Bulla continentur,
& comprehendentur; nihil potest operari. Ad
latifimè reſta per Nos inſta 2. p. c. 11. §. unico,
n. 15. & ſeqq. & in c. 10. §. 1. per totum.

Deinde quia & ſi reſcurſus comprehendetur in
dicta Bulla (quod † ex communissima vera & re-
cepta omnī Doctorum ſententia demptis rela-
tiſ ſuprā, negamus) adhuc ſtante Pontificum tol-
lerantia, ex qua inducere conſensus, approbatio,
& dispensatio, ſicut probat magna illa Docto-
ratus cura per Nos laudata in *commentariis*, de pro-
tel. Regia, 1. p. c. 1. à n. 139. & signanter à n. 148.
(de quo ulterius ſtatim erit tractandum) ſequi-
tur, quod publicationi quantumuis repetita non
impedit præſtitum ſam conſensum Papæ, cum ei
inhæret qualitas ſpecialis tollerantie, propt̄ ex
Lesio Torriano, Salas, Valquez, Molina, Malde-
rio, & Nobis conta alios recte aduerterit Anton.
Diana in *reſol. mor. trah. 1. de immunit. Eccles. re-
ſol. 5. ad fin. vers. Sed hic non obſtanbuſ.*

Quoniam cum dicta Bulla † contieneat varia
capitula, & complectatur varia Regia, in quibus
varia & diuerſe confuetudines adiunt, qua-
rum aliqui forsan ſint contra libertatem Eccle-
ſiasticam, vel rētro introducta, vel de novo in-
troducenda (qua cum ignorantia a Papa, mini-
mè etiam tollerate dicentur) Ideo ob eas publi-
catur Bulla cum ſua qualitate, & exceptione car-
rum quae scientes tollerate fuſerunt; quia in di-
ſpositione generali non comprehendunt illa
qua ſpecialeſ prouidentiam habent, atque ideo
præterea ſunt ab hæc generalitatē, 1. *Stichus*
20. ff ad diſt. legatis, 1. alimenta, 5. Baſilica,
ff. eodem tit. 1. *Seia 20. in principio. ff. de fundo*
infructu. 1. cohredi. 5. qui patrem, ff. de vulgari.
& papill. ſubſit. Battol. in 1. quaſitum. 5. ſin. ff.
de fundo inſtructo. & in 1. talis ſcriptura. 5. ſin. ff. de
legatis 1. Berouſ in conf. 37. n. 11. vol. 3. Anton.
Gabriel. commun. conclus. lib. 6. tit. de clauſulis,
conclus. 9. num. 8. per quos & alios hanc regulam
conſtruit Petrus Surdus in conf. 416. n. 4. & 5. per
text. capitem in diſc. 5. qui patrem, vol. 3. Ri-
minald. in conf. 620. & num. 50. & ſeqq. lib. 6. &
in conf. 265. num. 6. lib. 3. Facheinus in conf. 26.
num. 36. lib. 1. Alexand. Rauden. deciſ. Pisan. 22.
num. 44. Tiber. Decian. conf. 103. Ludoi. Caſa-
nate conf. 57. n. 15. & conf. 19. n. 1. & 17. & conf. 36.
n. 3. & conf. 37. n. 30. & conf. 44. n. 5. abunde per
Castillo controverſia. tom. 5. c. 92. à n. 23. cum ſeqq.
vbi latè examinat omnes, ex d. 5. qui particu-
lares eam eliciunt regulam, quod generalis
*prouidio non extendit ad eos caſus, qui ha-
ben ſpecialeſ prouidentiam, maximè ſi ſpecia-
lis præcedit generalē.*

Nec obſtar alia ratio reddita † de qua per 188
Suarez, Filini, & Colig. Bononiense citatos sup.
num. 80. videlicet tollerantiam cum ſcientia Pa-
pæ in confuetudinibus infringentibus liberta-
tem Ecclesiasticam, non eſſe approbatuſ, nec

animo inducendi consensum ex eo, quod multa tollerantur, qua non permetterentur, si in iudicio fuissent deducta, que quidem affectio tam generalis, & absoluta magis in diuinatione animi Pontificum, quam in doctrinali fundamento consistit, & vii indistincta & indistincta complectens omnes casus vniuersaliter incerta redditur; contra quam reclamant innumerabiles pene Doctores constanter affirmantes, tollerantiam Principis inducere actus confirmationem, consensum, & dispensationem, quorum nomenclaturam congettum in comment. de protectione Regia, 1. p. d. cap. 1. à num. 148. ultra alios qui signanter de recusu, & retentione, ibi, & a. n. 130. & hac in sectione à principio.

Vt igitur prædictorum Doctotorum fundamentum dilatans, obiter notandum erit. Primum, quod in hoc, de quo agimus recusu, & 189 retentione, & literarum pro tollenda violentia, & eius consuetudine immemorabilis, non potest dubitari de animo, & intentione Pontificum. Tum ex haec scriptis in hac sectione, & ex magis communis, & recepta Doctotorum in numero exceedentium. Tum ex natura, qualitate & iustitia negotii tam conformis iuri naturali, iuris, & politico, qua clamat pro defensione vi oppresorum, pro sedandis scandalis, pro quiete & pace Reipublica Ecclesiastica & temporalis, & impotencia strictam obligationem Principibus ad hanc defensionem implicantem vi oppressi.

Si igitur animum Pontificum ad præsumptionem & reducere volunt illi Doctores citati sunt, num. 188. versicul. Nec obstat (quamvis illi nullam in contrarium pro se considerarent) hæc potentissima est, & quibuslibet vegetior, ex qua claret detegitur animus tollerantis Pontificum, non prouenire ob vitandum scandalum ex contradictione, & impugnatione oriundum; sed ex eo quod agnoscentes manifestam & evidenter necessariam utilitatem recursum legitimo modo præstiti utique Reipublicæ, indecens iudicare, ut sepe sibi prius dimicimus in hoc, cap. 2. & aliis pluribus.

Hæc insuper Pontificum intentio, & animus ex aliis variis actibus extensis & decretis Canonici & cognovimus, & in primis ex Bulla Martini V. quam ad litteram retulimus, in nostris Commentariis de protectione Regia, 1. part. cap. 1. à num. 290. per quam declarauit Pontifex, in Bulla qua sub grauibus censuram penitentia inhibuerat Clericos parentibus se conuenientem coram facultatibus Iudicibus; non comprehendi, nec sua intentionis fuisse, casus illis Ecclesiasticos pertinentes Regi tam de iure, quam de consuetudine immemorabilis; consonat text. in cap. Agatho, 1. ibid. Non debeat ordinari, qui ele-
ctu fuerit, nisi prius decretum generale introducatur in Regiam Urbem secundum antiquissimam consuetudinem, ut cum eius scientia & iustione debeat Ordinatio prouenire 63. distinctione, unde cap. 63. & cap. Reatina, & cap. cum longe eadem distin. 63. & est etiam text. singularissimum in cap. canam que 7. qui filii sint legitimi, ibid. Si eadem possessione fuisse per violentiam spoliatus. Nos attendentes, quod ad Regem perire non ad Ecclesiam de talibus possessionibus indicare, ne videamus iuri Regis. Anglorum detrahere, qui ipsorum indicium ad se afferre pertinet, fraternitatii muneratorio,

vestra mandamus, quatenus Regi possessionis iudicium relinquentes, de principali, &c. plenus cognoscas.

Apparet etiam hic Ponificum animus, & intentio ex epistolis missis à Papa ad Catholicum & Regem Nostrum, & econtra, quarum meminit facbus de Graphiis in decisionibus Aureis, 1. part. lib. 4. cap. 10. num. 130. ibid. Sed in Regno Iesus est, qui confederatis considerandis, vñquam litteris de hac re a Papa Regi Philippo missis, & econtra, censio non esse condemnandos, nec incurrit Regis Magistratus expeditentes Regium, exequatur, &c. (quas epistolæ priuatas, & missas concordata cum eodem Summo Pontifice vocata, & minus recte opinatur t Diana in resolution. moralib. 4. part. tral. 1. de immunitate Ecclesiastica, resolution. 9. post medium) quæ quidem epistolæ vii procedentes t à Papa & Regie vii legi habent, & possunt hæc epistolæ allegari pro lege: ita notabiliter dicit Angel. in l. item veniunt, §. ceterum, ff. de petition, hereditatis, Roman. in conf. 160. num. 1. vbi de epistola Pontificis loquitur, sequitur addition. ad Bart. in l. 1. ff. de ferio, & in epistola cuiuslibet Principis idem probavit. Alexandr. in dict. l. 1. num. 24. Corfutus in tral. de Regibus, quæst. 22. Fulgos. in l. ciuitatis, ff. si certum petatur, vbi etiam Iass. n. 7. & ibi Decius n. 5. & 6. idem Decius in rubrica de scriptis, column. 2. in princip. sequitur Petrus Sardus in conf. 371. num. 27. qui cum pluribus aliis probat procedere tam in epistola Papæ, & Principum contra Angelum hoc limitantem in sola epistola Papæ, & Imperatoris.

Atque insuper constat iste animus Pontificum ex eo, quod verba t quedam circa hæc generalia, & rigidiora contenta in Bulla Cœna tempore Gregorij XIII. fuerunt per posteriores Pontifices moderata, & temperata, vt adnotauit Malderus in p. 2. quæst. 96. artic. 4. fol. mib. 407. col. 1. & Fagundez de precept. Ecclef. tral. 1. lib. 3. cap. 7. num. 17. relati à Diana 1. p. tral. i. de immunitate Ecclef. resolut. 6. vers. Sed post baccaria.

Ex quo plurimi Doctores inferunt, quod hoc ius, & Regalia competens Regibus Hispania cognoscendi & tollendi violentitas inter quolibet t etiam Ecclesiasticos, (quam priuilegium vocant plures Theologi, Bañez in 2. 2. quæst. 67. artic. 1. dubio 1. conclus. 2. Ioann. de la Cruz in directorio conscient. part. 1. precept. 8. quæst. 3. artic. 1. dubio 1. conclus. 3. Pefiantus de immunitate Ecclesiastica, disputation. 3. Cafr. Palao in opere mora. tom. 1. disputatione unica punct. 9. num. 10. Diana dict. 4. part. tral. i. de immunitate Ecclesiastica, dict. resolut. 9. versicul. Igutur contrariant sententiam, & in tom. 1. eodem titulo, & tral. resolut. 6. in principio) non sit per Bullam Cœna Domini reuocata, sicut nec certa priuilegia huius generis, que habent in rebus Ecclesiasticis Reges, & per immemorabilem consuetudinem per eos obseruata fuere, ex quorum Doctorum numero sunt iam citati, & Zanardus in directo. Confessor. tom. 1. cap. 50. Decianus tom. 1. lib. 4. cap. 9. num. 66. Zipæus Analo. iur. Canon. lib. 2. de foro competent. num. 41. in fin. Pater Enriques lib. 10. cap. 15. num. 5. in glossa littera G. quem tacito nomine sequitur Malderus in 2. 2. tral. 5. cap. 6. dubio 7. in fine. Afferentes etiam Pontificem iura quedam spuriæ, quæ Rex quispiam ex contracta t re-

muneratorio,

